


Q V A E S T I O N E S
C R I M I N A L E S T A N -
G E N T E S I V D I C E M , A C C U -
satores, Reum, Probationem, Punitio-
nemque Delictorum.

A V T O R E D I D A C O A C A N T E R A , O L I M C O L -
lega Divi AEmiliani in Academia Salmanticensi, nunc autem Inqui-
sitore apostolico, in Regno Murciae.

A D I L L V S T R I S S I M V M A C R E V E R E N D I S S I M V M
Dominum Dominum Gasparem de Quiroga Inquisitorem generalem, & Regiae Maiestatis
Consulem, Hispaniarum primum, atq; adeo Cardinalem To-
letanum titulo Sanctae Balbinae.




C V M P R I V I L E G I O .
S A L M A N T I C A E .
Excudebat Cornelius Bonardus.

M. D. LXXXIX.



**D. DIDACI A CAN-
TERA, CARTHAGINEN-
SIS DIOECESIS INQUISITORIS,
Prælia quædam ad intelligendas Quæ-
stiones infra positas.**



PRIMI PRÆ-

LV DIT

SUMMARIVM.

1. Tribus modis valet crimen opponi;
agere tamen de crimine potest mul-
tis modis.
2. Inquisitio inepta, vel iniuste facta,
quando dicatur.
3. In inquisitione, seu denuntiatione po-
test testificari denuntiator.
4. In denuntiatione si denuntiator præ-
sentat testes, non potest testificari.

Primò præsuppone, quomodo pos-
sit procedi contra aliquem in causa
criminali, tex. in c. super his. de accus. di-
cit, quod tribus modis valet crimen op-
poni: glo. tamè ibi addit Quartum modum
procedendi: Quand. in tract. de male. in
principio vsq. ad Rubr. de citatione po-
nit Quinque modos procedendi contra
delinquentem. s. per accusationem, per
denunciationem, per inquisitionem, per

exceptionem, per notorietatem. Ido.
in Praxi crim. in princip. videtur idem
ponere. Idem dicit Egid. Bos. in Pract. de
de Inquisit. & addit, quod potest proce-
di per actionem, & per præcepta, & per
multam, & per excommunicationem,
de iure Canonico, sed dubium est cum
tex. in c. super his. dicat, quod tribus
modis opponitur de crimine, & DD. po-
nunt plures, quomodo intelligatur text.
in c. super his. Abb. ibi non intelligit
quod illum tex. dicit, quod aliud est quæ-
rere, quibus modis potest opponi de cri-
mine: aliud, quibus modis potest agi de
crimine. Nem crimen propriè non op-
ponitur per partem contra delinquentem,
nisi altero de tribus modis, de quibus in
dicto c. super his. Tamen agi potest de
crimine multis modis per iustitiam, tam
iudex potest procedere etiam per Inqui-
sitionem, & alios modos, de quibus per
DD. ita intelligit illum text. Abb. Fel.
ibi aliter intelligit, scilicet, quod aliter
loquatur quando accusator tenetur se su-
bteribere ad pœnam relictionis, & sic vult,
quod in his tribus modis tenetur se su-
bteribere: sed cum hodie non sit neces-